

20176.

DISSERTATIO

DE

CONJUGIS SUPERSTITIS
SUCCESSIONE AB IN-
TESTATO,

STATUTIS CIVITATIS RIGENSIS, JURE
PROVINCIALI LIVONICO ET JURE
ROMANO EXPOSITA.

SCRIPSIT

CAROL. THEOD. HERRMANN,
CONSILIARIUS PER TITULUM ET ADVOCATUS.


Tartu Riikliku Ülikooli
Rektor
54 111

DORPATI LIVONORUM,
EX OFFICINA ACADEMICA J. C. SCHÜNMANNI.

MDCCCXVIII.

1818





Imprimatur.

Dorpati d. r. Jul. 1818.

Joannes Neumann, Censor.

DISSERTATIO

*de conjugis superstitis successione ab
intestato, statutis civitatis Rigensis,
jure provinciali Livonico et jure
romano exposita.*

Salus singulorum consistit in Dominio, so-
cietate constituto et sancito: omnes cives,
qui gaudent dominio et non turbata posses-
sione honorum, nitentur eo magis ad susten-
tandam et augendam salutem societatis, quo
quilibet eorum communi assiduitate et indu-
stria salutem publicam promovet. Res ita-
que magni momenti fuit, legislatione cavere,
ut res, quae in dominio defunctorum fue-
runt, ad eas personas deferantur, quae ab

Dominium
debet esse
certum et
tutum.

his maxime amantur. Hac enim ratione efficitur, ut quilibet civis pro viribus laboret, rem familiarem pro se et pro suis augere, simulque rei publicae prospicere; nam bonis in civitate auctis singuli cives minus detrimenti capere possunt, quam re familiari ab omnibus neglecta.

Dominum defunctorum transfertur ad alios s. ab intestato, s. ex testamento.

His rationibus ducti legislatores omnium temporum et populorum excultorum, duos modos, quibus dominium defunctorum in alios transferri possit, sanciverunt, nempe successionem ab intestato et successionem ex testamento.

Successio ab intestato in gradibus proximis (descendentium et adscendentium) sequitur naturam, a parentibus ad liberos progrediens, et his praemortuis, a liberis ad parentes regrediens, quam quidem secundum jus romanum — dicere mallet, secundum amorem innatum erga suos — omnes populi Europae agnoscunt.

Verum non omnibus in casibus, quibus successio ab intestato locum habet, ex sola

ratione perspici et dijudicari potest, quaeenam personae melius jus habeant in hereditatem relictam; nam plures personae vinculo amoris et vicissitudinis conjunctae esse possunt, ita ut amor quanquam fortis ac constans, diversus tamen erga liberos et parentes aliosve inveniatur. Casus ejusmodi est successio inter conjuges superstites, simul cum liberis relictis: difficile intelligi potest, utrum superstes conjux conjugii defuncto aequae carus ac unus liber, an carior omnibus liberis fuerit.

Cum tales causae decidendae arbitrio Ordo succedendi constituitur in societate; naturae convenienter in jure romano. judicis relinqui non potuerint, salus societatis postulavit, eas legibus scriptis et promulgatis decerni; quod et factum est maxima cum diligentia apud Romanos. Nulla enim invenitur legislatio, antiquo tempore, quae tam accurate, naturae humanae tam convenienter, ordinem in jura et bona defunctorum succedendi exposuerit, quam romana, ab Imperatore Justiniano promulgata; quarum legum humanitas magis elucet, si (exem-

pli gratia) successio ab intestato juris romani cum illa, quae jure Atheniensium locum habuit, comparatur, qua nempe jura civis plus valebant, quam jura hominis, adeo ut filius, cujus pater debitor obaeratus in custodia mortuus erat, eandem custodiam propter delicta patris sequi deberet, ibique teneretur vel usque ad diem solutionis, vel ad diem supremum vitae *). Neque tamen omittamus, laudatam hanc aequitatem apud Romanos tantum posterioribus temporibus inveniri, quum Jure Consulti studio philosophiae Stoicorum eruditi et ejus gravitate ducti, jura innata hominis pluris aestimaverint, quam legislatores priorum temporum. (Scimus enim. e. g. legibus XII. tabb. creditoribus licitum fuisse, debitorem obaeratum secare et partes inter se dividere.)

Admirando acumini illorum Ictorm debemus sententias, quibus causae in succes-

*) Cornel. Nep. in vita Cimonis.

sione occurrentes, decretae sunt. Haec tamen decreta apud nos magnis cum difficultatibus adhibere potuerunt, quanquam ratio humana, principia ex quibus Icti romani judicaverunt, vera agnovèrit. Res enim domestica et publica speciem et naturam, delecto Imperio romano, sic mutaverat, ut jus privatum pari modo novam speciem induere coactum esset. Temporibus recentioribus, (nempe ab aevo medio) leges ex elementis heterogeneis, ut ita dicam, conglomeratae, fere per omnes terras Europae vim obligatoriam obtinuerunt, quibus hodie causae controversae ad successionem pertinentes, judicantur. Dicta haec elementa sunt: Jus romanum et jus feudale; quorum primum omnino paritatem juris inter coheredes agnoscit, secundum vero hanc paritatem non agnoscit, cum (ut ratio hujus legis praecipit) fundus non tanquam dominium possidentis, sed tanquam praemium et remuneratio praestitae aut praestandae militiae respiciatur. Hac ratione apparet, fundum et ejus indivi-

Successio juris rom. apud populos recentiores mutata est systemate feudali.

Differentia juris rom. et feudalis.

sam possessionem esse rem principalem, cui personae tanquam res accessoriae adhaerent, cum quilibet possessor tantum sub conditione praestandae militiae fundum habere potuerit. Ex quo dissimilitudo juris succedendi fratrum et sororum facile intelligitur.

Liceat ne sine ratione dictum esse videatur quod antecedit, hoc loco paulo amplius de natura feudorum et eorum effectibus in jus succedendi disserere.

Origo feudorum. Origo feudorum s. beneficiorum jam antiquissimis temporibus apud populos germanicos invenitur; scripta documenta e saeculo IX. nomine Capitularium Regum Francorum supersunt, quorum memoria ruente tempore deleta erat quum saeculo XVI. Germani docti hoc opus, ingenio Caroli M. dignum, denuo protraherent *). Tempore Henrici I. jus feudale floruisse, in scriptoribus illius aevi invenitur, e. g. cum Witichind scripserit;

*) Pütters histor. Entwicklung der heutigen Staatsverfassung des teutschen Reichs. I. p. 70. (2te Aufl. Göt. 1788.

(Henricus) „ex agrariis militibus nonum quemque eligens in urbibus habitare fecit.“

Haec feuda, personae concessa et commissa, sensim quasi jure hereditario ad descendentes transierunt, quod a principio saeculi XII. per omnes terras Germaniae — cum prius tantum in illis Rhenum adjacentibus factum esset — usu evenit *). Deinde cum juvenes totius fere Europae in Universitate Banoniensi jus romanum et canonicum colere coepissent, haec jura peregrina modo vix credibili in usum venerunt, adeo ut principia juris succedendi in feuda, eaque alienandi fere deleta essent. Ne jus romanum ordinem succedendi in feuda irrumperet, illustres stirpes caverunt, ut filiae solemnibus verbis et juramento juri succedendi in feuda renunciarent, quod antea superfluum putabatur.

Differt ceterum jus feudale longobardicum et jus feudale germanicum: illud nempe, quod nomine Librorum Feudorum in appen-

Differt jus feud. longobard. et germanicum.

*) Ibid. p. 165 et 183.

dice Corporis juris possidemus, regnante Imperat. Friderico Barbarossa (a. 1158 — 1168) conscriptum, sequitur jus civile romanum et agnoscit successionem consanguineorum et collateralium *). Jam saeculo priori Imperator Conradus II. in Germania a. 1025 et in Italia a. 1057 constituit, feuda s. beneficia jure hereditario a masculis acquiri debere.

Jure romano, magis magisque in omnes terras Europae influente, jus feudale longobardicum jam illa aetate maximam auctoritatem obtinuit.

Jus feudale germanicum, quod in Germania septentrionali et regionibus adjacentibus viguit, hac in re ab illo differt quod successionem collateralium plane ignoret, ita ut jus succedendi in feudum non derivetur a primo acquirente feudi, sed ab investitura simultanea (nicht aus angeborner Sipp-

*) Joh. Chr. Majer gemeinschaftliche Erbfolge-Ordnung in sogenannte Stammlehen nach der Rechtslehre des Feudisten. II. T. 11. und II. T. 37. Stuttgart 1805. p. 177.

schaft, sondern aus Macht des Bedinges) et quidem non habita ratione proximitatis, nisi in litteris investiturae addita sit clausula: Nach rechter Sippzahl *). Qua de causa divisione feudi jus successionis tollitur.

Haec differentia quam notavimus, dissimilitudinem juris provincialis Livonici et Statutorum Rigensium satis declarat, nam ex illis principiis heterogeneis (i. e. jure romano et jure feudali germanico) leges, quibus successio ab intestato inter conjuges superstites in Livonia adjudicatur, ortae sunt; inde excultum est Jus civitatis Rigensis et jus provinciale Livonicum, quorum primum exemplo juris romani formatum, paritatem personarum in successione agnoscit, tantum modo meritis et dignitati patris matrisve principatum adjudicans, qui quidem ceteris cognatis, sive foeminae sive masculi nati sint, omnino denegatur.

Alterum illud principium, quo bona de-

*) Just. Henr. Boehmer, Doctrina de actionibus etc. Frcf. ad Moen, 1737, p. 817.

Exinde ortum est jus provinc. et jus civitatis.

functi dissimilibus partibus inter coheredes dividuntur, ostendit originem ex systemate feudi sumtum, quum modo masculi sub conditione praestandae militiae fundos possiderent.

Notandi sunt quatuor casus. In conjugis superstitis successione ab intestato praesertim quatuor casus discernuntur, nempe:

- 1) si maritus cum liberis est superstes uxori;
- 2) si maritus sine liberis est superstes;
- 3) si uxor cum liberis est superstes uxori;
- 4) si uxor sine liberis est superstes.

Alio modo successio sancita est jure civitatis Rigensis; alio modo jure romano. Haec diversitas nunc accuratius intuenda et comparanda est.

I. Successio jure civitatis Rigensis.

1. Si uxor e vita decedit et maritus heres ab intestato relinquitur a) cum uno libero; antequam ad secunda vota migret, hereditas

sic dividi debet, ut liber trientem et pater reliquas duas partes accipiat *).

b) Si maritus cum pluribus liberis exstat, pater accipit dimidium et liberi alterum dimidium.

c) Si uxor mortua maritum cum liberis primi matrimonii simulque liberos suos secundi matrimonii relinquit; tunc distinguendum est, an maritus, defuncta priore uxore, hereditatem ab ea relictam, secundum statuta civitatis Rigensis, inter liberos et se dividerit nec ne: Si haec divisio facta est, liberis primi matrimonii, quia jam prius in bona matris suae defunctae successerunt, nullum jus competit in bona novercae defunctae,

Succ. mariti cum liberis primi et secundi matrimonii.

*) Rig Stadtrecht, IV. Buch, Tit. 4.

Stirbet eine Frau, die ihren Mann und dann ein mit ihm erzeugtes Kind hinterläßt und der Mann wollte sich anderweit verheirathen, so soll er dem Kinde, in Beisein dessen nächsten Verwandten und Vormündern, das 3te Theil abtheilen, Er aber soll die andern zwei Theile vor sich behalten.

3. Stirbet aber eine Frau, die mehr Kinder hinterläßt denn ein, und der Mann freyhet wieder, der soll mit seinen Kindern auf die Helffte theilen zc.

sed liberi ex secundo matrimonio — exclusis sororibus et fratribus non germanis — succedunt soli cum patre in bona matris suae defunctae.

Videtur, hunc casum, si pro legibus vigilatur, accidere non posse, cum salutis civitatis Rigensis cautum sit, ne quis ad secunda vota prius migret, quam facta divisione hereditatis relictæ *). Cum tamen hodie interdum hic casus in foro, aut incuria iudicis sacerdotisve aut negligentia et ignorantia patris familias, occurrat, commemoratio ejusdem non superflua est. Ubi vero omnino nihil dividi potest, si prima uxor defuncta nihil reliquit, iudicium familiae hereditariae peti non potest: apparet quoque liberos ex

*) Rig. Stadtrecht, Lib IV. Tit. 7. §. 5.

Ein Mann oder Frau, so nach Versterben ihres Ehegatten sich verändern will, soll schuldig seyn, ihren Kindern und den Rathsfreunden und Vormündern all das Gut, so ihnen zugefallen, nach Begehren Inhalt Inventarii zu benennen und Nichtigkeit zu treffen: bis dahin dann denselben bei aller Vernehmung die Abkündigung oder Kirchgang zu versperren.

duobus matrimoniis pari jure hereditatem a patre communi relictam adire, nam respectu patris omnes liberi inter se sunt aequales, et justum est eos pari jure uti.

2. Si uxor moritur et maritum sine liberis relinquit, maritus duos trientes omnium bonorum uxoris et proximi ejus agnati trientem accipiunt. *)

Success. inter conjuges sine liberis.

3. Si maritus moritur et uxor a) cum uno libero relinquitur, et liber et mater ejus dimidium accipit: b) si vero plures liberi relictæ sunt, uxor trientem et liberi duos trientes accipiunt. **)

Succ. uxoris cum liberis.

c) Si liberi ex duobus matrimoniis relictæ sunt, distinguendum est, utrum divisio here-

*) Rig. Stadtrecht, Tit. 6. §. 1. Stürbet eine Frau ohne Kinder, so behält ihr Mann zwei Theile alles Guts und der Frauen nächste Verwandte haben Ein Theil.

**) Ibid. §. 1. Da aber der Mann verstürbe und ein Kind verliesse und es wollte die Wittibbe mit Einrathen ihrer Freunde heirathen, so theilt sich in allem dem Gute Mutter und Kind auf die Helffte.

Ibid. §. 4. So auch ein Mann stürbe, der mehr Kinder hinter sich liesse, dann ein 2c., so soll dieselbe $\frac{1}{3}$ Theil behalten alles Gutes und die Kinder 2 Theile.

ditatis maternae inter patrem et liberos ante secunda vota patris facta sit: hoc in casu liberis primi matrimonii nullum jus competit; sin vero haec divisio omissa sit, illi liberi illata matris suae defunctae prae ceteris coheredibus accipiunt; tunc vidua tollit sua illata et quod restat, inter liberos primi et secundi matrimonii paribus portionibus dividitur in capita. *)

Success.
uxoris sine
liberis.

4. Si maritus moritur, relicta uxore sine liberis, uxor illata et morgengabam prae ceteris, deinde dimidium bonorum omnium

*) Rig. Stadtrecht, Lib. IV. Tit. 2, §. 1. Würde jemand nach Absterben seiner Ehefrauen, mit welcher Er Kinder gehabt, sich anderweit verheirathen, und hätte seinen Kindern erster Ehe, wegen ihres mütterlichen Gutes keine Versicherung gegeben, noch dieselbe von sich nach Stadtrechten abgetheilet, und ließe nach seinem Tode sowohl aus der ersten als letzten Ehe Kinder mit der Wittiben hinter sich; so nehmen die Kinder erster Ehe ihrer Mutter Gut aus dem gemeinen Saamen voraus und dann die Wittibe oder andere Frau ihr zugebrachtes Gut. Und was alsdann übrig, drin theilen sich alle Kinder mit der Wittiben nach Haupt-Zahl. (cf. L. L. von Ehesachen, cap. XVIII. not. a. p. 110.)

tollit; alterum dimidium proximi agnati defuncti mariti accipiunt. *)

II. Successio jure provinciali Livonico.

1. Si uxor moritur, nullis liberis relictis, maritus heres est omnium rerum mobilium, quibus adnumerantur res pretiosae, aurum et argentum, dos et illata. (Secundum plura Praejudicata supremi Judicii Prov. Livon.)

Success.
mariti.

2. Si uxor liberos reliquerit, hi trientem rerum mobilium accipiunt, et maritus

Mariti cum
liberis.

*) Rig. Stadtrecht, Lib. IV. Tit. VI. §. 1. Stürbet eine Frau ohne Kinder, so behält ihr Mann 2 Theil alles Guthes und der Frauen nächste Anverwandten haben ein Theil. Stürbet aber der Mann ohne Kinder, so nimmt die Frau ihre Morgengabe voraus und hernach die Hälfte des Guthes, welches sie beide hatten, und des Mannes nächste Verwandten die andere Hälfte.

quod restat *). Res immobiles vero (fundos, praedia, domos etc.), sive tempore matrimonii initi in dominio uxoris fuerint, sive durante matrimonio jure hereditario illi accreverint, maritus non accipit, nam soli liberi sunt heredes rerum immobilium. **)

*) L. E. von Ehesachen, cap. XVII. not. a). Hat ein Mann Kinder aus unterschiedenen Ehen unabgetheilt bey sich, so nimbt man die ganze Massam zur Theilung vor, und nachdem davon zuerst abgenommen worden, was erweislich in die andere Ehe eingebracht zu seyn besunden wird; so theilet man das übrige Gut in drey Theile; davon den Kindern ein Theil zugelegt wird: die andere zwey Theile aber nebst dem, so in währender letzteren Ehe ad massam eingebracht worden, theilet man wiederumb in drey Theile, davon der Vater zwey Theile und die Kinder anderer Ehe das dritte Theil bekommen.

**) L. E. von Ehesachen, cap. XVII. c. p. 110. Hat die Mutter auch vor der Ehe einige liegende Gründe auf dem Lande eigen gehabt, oder in währender Ehe geerbet, so müssen auch selbige, weilen der Mann darinn durch die Ehe kein Recht oder Antheil bekommt, den Kindern zugestellt werden, und wenn etwas davon in andere Hände gekommen; so muß soviel von erworbenen

Marito tamen conceditur usus fructus bonorum illatorum uxoris defunctae si liberi ab ea relictis sunt *); isque obligatur, inventarium, quo omnes res, quae in dominio uxoris defunctae fuerunt, designantur, conficere, et priusquam ad secunda vota migret, cuilibet heredum uxoris defunctae portio sua distribuenda est retenta portione, quae marito competit. **)

Maritus
habet
usum
fructum.

Länderehen oder contanten Gelde dagegen in die Stelle gesetzt werden.

*) Ex analogia L. E. von Ehesachen, cap. XV. a. p. 107 et sec. Praejudic. supremi Judic. Prov. Livon.

**) Landesordnung, pag. 205. §. 4. Sobald die Mutter mit Tode abgeheth, so soll der Vater seiner Kinder rechtlicher Vormund seyn und hat Macht, solange er unverheyrathet bleibt, allein seinen unmündigen Kinder vorzusehen, doch soll er fort, nach der Mutter Tod, zweene richtige und gleichlautende Inventaria aufzurichten und zu unterschreiben verbunden seyn und davon das eine behalten, das andere seiner verstorbenen Frauen nexten Freunden übergeben, oder auch in Ermangelung der Frauen Freunde zu Rathhause eingeben.

§. 5. Wenn der Vater zur andren Ehe schreiten will, soll Er gehalten seyn, den Kindern ihr Mütterliches denen Rechten nach und nach vorbemeldten Inven-

Successio
uxoris.

3. Si maritus moritur, uxori relictæ præter illata a) omnes res mobiles mariti defuncti; ex rebus immobilibus tantum portio filii — altero tanto major, quam portio filiae — competit: nullis exstantibus filiis cum filiabus aequalem portionem accipit, quæ tamen post ejus mortem ad heredes defuncti mariti redit; c) omnes redditus et emolumenta, quæ ex bonis mariti provenerint viduæ soli in annum luctus competunt*). d) Vidua

tario auszukehren und solches in Ihrer nächsten, doch tüchtigsten Freunden von Mütterlicher Seiten Gegenwart zc.

*) L. D. Vormundschafts-Ordn. p. 209. §. 6. Praecipue: Ritterrecht, cap. 53. Stervet Er man dar: na sinder Erven, se schal besitten na eres mannes Dode in eres mannes gude, jar unde dach, dat vs, so s neken und em jar unde helpen syne schult gelden. — Wenn överst jar unde dach umbkumpt, so geve man er ere morgengave, an gelde, als er gelavet was, dat geldt mag se keren vor se wil. Wert er överst dat guds darvör gesetzt, dat er benemet was, dat mag se nicht mer vorgeben, denn so vele er medegave was, dat mach se vorgeben, wem se wil.

Conf. Privileg. Sylvestris, ao. 1457. (Mitau, 1802. p. 302.) — off eyn Mann verstorve und lethe sine Elise

ad dies vitae, nisi ad secunda vota migret, usumfructum hereditatis relictæ una cum liberis habet, nec ad divisionem bonorum cogi potest. *)

4. Vidua, si liberos habeat, post mortem mariti Inventarium conficiendum curare debet et antequam ad secunda vota migrat, res, hereditate relictæ — his deductis, quæ illi competunt — inter coheredes dividi debent.

Successio
uxoris cum
liberis.

Wrouwe na, de nene (keine) Kindere von em hebbe, de fall na rechte egenen alle varende have — und fall dar: tho egenen ere Morgen-Gave und fall im Have und allen Gädern Jar und Dach besittende bliven, ere Kost redeliken darynne to hebbende — zc.

Altes Ritter-Recht, cap. 9. Stervet ein man, da ein wiff hefft und nene Kinder, de frouwe besittet eres mannes gudt ere Dage unde gilt syne schult unde vör: dert syn schult unde ervet dat gudt an eres mannes erve, yfft he erven hebbe.

*) L. D. p. 209. §. 6. Wenn der Water eher stirbt und die Mutter mit den unmündigen Kindern nachbleibt, soll sie nach Recht auf der Kinder Väterliches mit den nächsten Freunden, so lange sie unbeheurathet ist, Aufsicht haben zc.

Res immo- 5. Domus, fundi etc. in urbe siti ad he-
biles in reditatem pertinentes, jure Civitatis dijudi-
urbe sitae. candi sunt. *)

Nemo, nisi Cum ratio hujus successionis ab intesta-
Nobilis to ex systemate feudali derivari debeat, fa-
immaticu- tile apparet, talem successionem — naturam
larus utitur hoc jure. vile apparet, talem successionem — naturam
privilegii prae se ferens — esse jus personam
non egrediens. Aequalitas nempe juris suc-
cessionis inter heredes (in favorem masculo-
rum) tollitur, quia officia militaria ab his
praestanda, olim praesumpta et postulata sunt.
Qua de causa justum est, personas, Reipu-

*) P. L. Tit. 3, von Erbschaften, p. 116. a. Mit Häusern und liegenden Gründen in den Städten wird es bei Erbtheilungen nach Stadtrechten gehalten, daß nemlich Sohn und Tochter, Schwester und Bruder etc. mit einander in gleiche Theile darin gehen, es mag der Verstorbene vom Adel gewesen seyn oder nicht.

Altes Stadtrecht, Tit. III., von Erbschaften, cap. I. p. 65. a. Adelige Häuser und liegende Gründe in der Stadt werden nach Stadtrechten geerbet.

Ibid. cap. 19. p. 72. c. Mit des Adels Häusern und liegenden Gründen in der Stadt wird in Testamenten es eben wie in Erbschaften nach Stadt- Rechten gehalten.

blicae nexu feudali non obligatas, quae tantum foro, jurisdictioni civitatis exempto utuntur (sive commodi vel voluptatis causa ruri degantur, sive in urbe munere publico fungantur) jus commune sequi et agnoscere, cum illa successio ab intestato tantum ad personas, in Ordinem Nobilium in Livonia immatriculatas, referri possit.

Pro hac interpretatione non solum ratio legis ipsius, sed etiam legis verba militent, cum nempe sacerdotes, qui ceterum privilegiis Nobilium gavisi sunt, quoad successionem ab intestato, jure civitatis judicentur. *)

Pari ratione sententia ferenda erit, si heredes professoris defuncti aut alius ex ordine doctorum, vel eorum, qui munere pu-
Professo-
res, Docto-
res, magi-
stratus etc.
jure civita-
tis utuntur.

*) P. L. von Erbschaften, Tit. III. a. p. 116. in medio. Stirbet ein Priester, so wird dessen Nachlaß in beweg- und unbeweglichem Gut, wo es auch belegen ist, nach Stadtrecht unter den Erben dergestalt getheilt, daß die Tochter gleichen Antheil als der Sohn, die Schwester gleich dem Bruder darcin bekommen. (Vid. not. praecedentes.)

blico funguntur, inter se dissentirent, quibus legibus — num jure provinciali aut civitatis — uti deberent. Quae quidem dissensio non facile evenire potest, cum omnes Litterati, qui Rigae domicilium habent, judicium Palatii (Burgergericht — id quod Landgericht —) quasi forum privilegiatum, agnoscant, quod sententias fert secundum statuta civitatis Rigensis. *)

Si quis quaereret, quare decisiones non ex jure romano petendae essent, respondendum esse mihi videtur: quia diversitas juris non augenda est et jus civitatis Rigensis in Livonia nobis propius est, quam jus romanum, quod non publice receptum, sed tantum jus auxiliare usum in foro obtinet.

Altes Stadtrecht, Tit. XII., von Ehesachen, a. p. 50. Alle die in der Stadt wohnen, außer dem Adel, sind in Erbtheilungen der Stadt Jurisdiction, der Adel aber der Hofgerichts Jurisdiction unterworfen. Die Hoff-Bedienten aber fortiren in dem Fall unter dem Burgergerichte.

Praeterea non deceptandum est, ubi leges expressae decernunt.

III. Successio jure romano.

1. Si conjux moritur, nullis relictis descendens, ascendens, agnatis, cognatisve, superstes conjux fit heres omnium bonorum.

Quando conjux superstes fit heres.

Cf. Institt. de bonor. possess. (L. III. T. 10. §. 3). C. (L. VI. T. 18) unde vir et uxor.

„Maritus et uxor ab intestato invicem sibi in solidum pro antiquo jure succedunt, quoties deficit omnis parentum, liberorumve seu propinquorum legitima vel naturalis successio, excluso fisco.“

2. Uxor superstes inops partem hereditatis a defuncto marito locuplete etiam existantibus propinquis mariti, accipit; quod quidem hoc modo praescriptum est:

Quomodo Uxor inops succedit.

Nov. 117. cap. 5.

„Si quis indotatam uxorem per affectum

solum acceperit et usque ad mortem cum ea vivens praemoriatur, accipere similiter et eam quartam illius substantiae portionem — si quidem usque ad tres habuerit filios, ejus vir sive ex ea, sive ex alio matrimonio, quartam partem ex substantia viri accipere: Si autem amplius fuerint filii, tantum in utroque similiter casu accipere jubemus mulierem, quantum uni competit filiorum; ita quippe, ut usum solum in talibus rebus mulier habeat, dominium autem illis filiis servetur, quos ex nuptiis habuerit. Si vero talis mulier filios ex eo non habuerit, jubemus etiam domini jure habere eam res, quas ex viri facultatibus ad eam venire per praesentem jussimus legem. Quae tamen irrationabiliter exclusae est in ipso tempore expulsionis partem jubemus accipere, quae continetur hac lege. Virum enim in talibus casibus quartam, secundum priorem nostram legem, ex substantia mulieris accipere modis omnibus prohibemus.“

3. In comparanda successione ab inte-

stato inter conjuges, jure romano et jure civitatis Rigensis intelligitur, hoc secutum esse jus romanum, factis tamen nonnullis mutationibus, scilicet:

- a) jure romano maritus in hereditatem defunctae uxoris non succedit, relictis cognatis uxoris: sed jure civitatis Rigensis etiam his propinquis exstantibus, maritus succedit.
- b) Jure rom. tantum uxor inops, sed jure civit. Rig. quaelibet uxor in bona mariti defuncti succedit.
- c) Jure rom. uxor inops succedit una cum liberis in quartam partem si tres sint vel pauciores; quodsi plures sint in virilem partem.

Jure civit. Rig. distinguitur, si uxor cum uno aut pluribus liberis relinquitur: in casu priori succedit in dimidium; in posteriori autem in trientem hereditatis.

Haec sunt fere momenta, in sententiis de successione ab intestato ferendis memorandae. Haec materia, in superficie con-

siderata, obscura difficilis et contradictoria
apparens, studio historiae et inde perspecta
ratione legis satis lucida, non arbitraria sed
(secundum principium juris feudalis), ne-
cessaria invenitur; denique probat, effectus
veterum institutorum saepe in republica et
privata perdurare, quamvis causa efficiens
cessaverit: quarum legum abolitio aut mu-
tatio subita et arbitraria multis tamen civibus
noxia et vix paucis salutaris esset. Id circo
hac in re caute agere maxime suadendum,
et onus ex multifaria legislatione proveniens,
potius ferendum est.

3. -
28